

Alte Drucke

**HIER. ZANCHII || MISCELLA-||NEORVM || Libri Tres.|| AD ||
AMPLISSIMVM SE-||NATVM ANTVERP. ET AD ECCLE-||SIAS,
QVÆ PVRIOREM ANTVERPIÆ || profitentur ...**

Zanchi, Girolamo

Neustadt/Haardt, 1593

VD16 ZV 27950

DE DISSIDIO IN COENA DOMINI: HIERONYMI ZANCHI IVDICIVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149561



DE DISSIDIO IN COENA DOMINI:

HIERONYMI ZANCHI IUDICIUM.

HENRICO KNOLLO NOBILI ANGLO:

HIERONYMVS ZANCHIVS

S. P. D.

NON diu est Generose Knolle: ex quo cum per hanc urbem nostram Argentinam, Episcopus quidam, homo Italus, patria genere, & virtute clarissimus, transiret: rogatus fui, illius nomine, à Petro Paulo Vergerio, & à doctiss. Sturmio nostro: ut quam inter Saxonicas & Helueticas, reliquasq. Ecclesias, quas nos reformatas vocamus, in Articulo de Cœna Domini consensionem ac dissensionem esse iudicarem: eam ego breuiter quidem, sed tamen dilucidè, idq. scripto explicarem: & eam explicationem ad Episcopum aut ipse ferrem, aut per puerum mitterem: Illum enim persuasum esse: tale & tantum hoc esse inter Ecclesias dissidium: ut omnino necesse sit: alterutras ita procul à veritate & orthodoxa doctrina in hoc tanti momenti articulo abesse, & in sedisimo errore versari: ut, quomodo posimus cum illis bona conscientia communicare: planè non videat. Qui petebant: summi erant, ut scis, amici: quibus in re tam honesta si non morem gessissem: in maximum ingrati animi crimen incurrissem. Is, cuius nomine petebant, præterquam quod & homo meæ nationis erat, ut ante dixi, isq. nobilis & virtutibus nec vulgaribus, nec paucis ornatus: fuerat etiam meo, honorifice memorie, Basilio Zanchi, viro optimo, & ut tota, ut taceam de exteris nationibus, nouit Italia, doctissimo, summus ac singularis amicus, ac proinde talis, cui non solum non poteram non gratificari, sed cui etiam nullum officij genus non me debere planè sentiebam. Res etiam quæ petebatur: honestissima, imo & necessaria mihi esse videbatur: nempe propter has Ecclesias: quas si pro mea virili tali præiudicio Episcopi liberandas non curassem: & in utraq. ingratus, & in veritatem iniquus fuisset. Quod itaque in re tanta intra paucissimas, easq. succursivas horas (eram enim supra modum alijs grauib. rebus occupatus) potui: lubenti animo prestiti: idq. eò libentius: quod amari hanc mihi occasionem dari, qua demonstrarem, istud de Cœna Domini inter has Ecclesias dissidium non esse tale aut tantum: ut propter illud debeant aut tot turbe in mundo excitari, aut alterutra Ecclesie damnari. Est enim meo iudicio inter utraq. Ecclesias, sicut in alijs essentialibus, ut ita loquar, Christianæ religionis dogmatibus, sic etiam in hoc quod est de Cœna Domini, re ipsa consensio maior, quam vulgo putetur. Atque Ego quidem, si illa mirabilis phantasia τὸ εὐαγγέλιον seu εὐαγγέλιον corporis Christi, quæ ne ipsi quidem Ecclesie Romane unquam probata fuit, tollatur: firmeturq. illud, quod omnes sani concedunt: Corpus Domini nostri Iesu Christi vnum tantum esse, illudque humanum, ideòq. finitum: quod corpus etiam in cælo illo in quod ascendit, esse atque manere nemo sanus dubitat: & denique firmum illud retineatur, quod nemo inficiatur: vera fide sicut omnia beneficia Christi percipiuntur, ita etiam eiusdem corpus percipi ac manducari: reliquum postea quod in hac materia cum magno certè Ecclesiarum detrimento controuertitur, λογομαχίας potius quam veram ἀντίφασιν esse, censo: & maiorem difficultatem in animis multorum inter se conciliandis, quam in controuersia ipsa componenda, positam esse iudico. Sciebam & scio: hoc meum iudicium non omnibus placiturum, præsertim illis, qui nodum in scirpo libenter & ultro querunt, & in rebus planis atque perspicuis nouas semper atque sublimes, quas ne ipsi quidem intelligunt, questiones mouent, disputant, scribunt. Sed Ego horum iudicia nihil moratus: simpliciter quid de tota hac controuersia concepto ex utriusque partis scriptis iudicio, mihi videretur, ei qui hoc à me

PPP 4 hu-

humaniter petijt, simpliciter & candidè scribere malui quàm silendo tùm veritatem prodere, tùm Ecclesias infamatas relinquere. An verò res, ita, vt scribo, habeant: omnibus viris, qui nullo detinentur praeiudicio in hac causa, quig, iudicio valent, & scripta vtriusq, partis legerunt, ac prudenter perpenderunt, iudicandum relinquo. Certè non pauci pij & docti viri, cùm hoc meum iudicium legissent: illud vsque adèd non improbarunt: vt potius hortati fuerint: vt illud in lucem darem, cui etiam vt adijcerem analyticas quasdam propositiones, quibus complexus fueram totam illam disputationem de ratione reformandarum Ecclesiarum seu de regula Concily, quam cum illo Episcopo familiariter habueram, rogarunt, haud enim inutiles fore.

Ceterùm quia hac consuetudo obtinuit: vt nihil in lucem mittatur, quòd non alicui patrono dicetur: iccirco neg, Ego volui hunc meum seu filiolum sine aliquo bono protectore ex meis adibus in vulgus emittere. Te igitur humanissime ac genere ose Knolle, sicut cùm hic esses apud nos initio huius anni post tuam ad conuentum Electorum nuper Francofurti pro Electione Regis Romanorum habitum, nomine vestrae Reginae susceptam legationem, delegi mihi in filia mea Lalia Constantia compatrem: Tuq, ita lubenti animo eam è S. fonte in tuam prosiliam suscepisti, vt ei etiam honorificum $\delta\epsilon\pi\acute{\alpha}\varsigma\ \delta\epsilon\gamma\acute{\upsilon}\rho\epsilon\upsilon$, Tuae fidei testimonium donaris: ita in protectorem huius mei noui quasi filioli eligere decreui, persuasus, te illius protectionem nullo modo recusaturum. Nunc venio ad rem.

DE

